Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31625
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

paralitico tenetur. etiam facultas nostra deficiet. Tunc pal
matius presente uxore simplicii et omni familia cecidit in ter
ram et cum lacrimis orabat pro salute blande. Eadem hora
uenit blanda pedibus suis currens ad domum simplicii
senatoris clamans et dicens. Baptiza me in nomine domini
nostri ihesu christi qui tenuit manum meam et leuauit me. Tunc
cepit felix urgere beatum palmatium ut baptizaretur. Eadem
hora beatus palmatius misit nuntium ad sanctum calistum episcopum.
et ueniens baptizauit felicem. cum uxore sua simul et
simplicium senatorem et uxorem eius et filios et familiam eorum et
animas fere promiscui sexus numero. lx. octo. Hoc audi
ens alexander quia multitudo hominum baptisma percepisset
per beatum calistum episcopum misit exercitum multum. et tenuit omnes
qui baptismum perceperant quos precepit capitalem subire
sententiam et per diuersas portas urbis rome capita eorum suspen
di. ad exemplum christianorum.

Tenuit autem et beatum Calepodium quem fecit occidi gladio
et corpus trahi per ciuitatem sub die kalendarum maiarum. Cuius corpus
iussit iactari in tyberim ante insulam lycaoniam. In ipsis diebus
fugit beatus calistus cum xii clericis suis et absconditus in domo cui
dam pontiani. et nocte rogat piscatores qui inuenerunt corpus
beati calepodii. Quod leuantes de flumine nuntiauerunt calisto
episcopo. Tunc gaudio repletus corpus sanctum acceptum condiuit cum
aromatibus et linteaminibus cum ymnis et sepeliuit in ciuitate in
cimiterio eodem vi. idus maii. Ab eodem autem die cepit alexander
curiose querere beatum calistum episcopum. Et diuulgatum est ei quod
esset trans tyberim in domo pontiani. iuxta urbem rauennatium.
Et misit occulte et tenuit eum. Quem precepit ut in eodem loco
fame cruciaretur. Qui cum v. die nichil uictus accepisset ieiuniis
et orationibus magis corroborabatur. Hoc audiens alexander quia
magis confortabatur. iussit eum fustibus cedi omnibus diebus et in
eodem loco in custodia mancipari. ut si quis ad eum uel nocte
ueniret occideretur. Qui cum multis diebus esset in eodem loco in custo
dia maceratus. uenit ad eum beatus calepodius nocte per uisum. et
confortauit eum dicens. firmus esto pater quia corona tua iam
perfecta est. ut accipias mercedem premii. Beatus autem calistus episcopus ie
iuniis et orationibus persistens cepit orare in eodem loco. Erat ibidem qui
dam miles nomine priuatus qui erat ulceribus plenus et dolo
ribus die noctuque cruciabatur. Hic misit se ad pedes beati calis
ti episcopi dicens. Salua me ab ulceribus meis quia credo dominum ihesum christum
ipsum esse deum. Qui liberauit blandam potens est et me liberare quia
diu est quod consumor afflictione doloris mei. Respondit beatus calistus episcopus
Si credis ex toto corde fili et baptizatus fueris mundaberis. Respondit pri
uatus. Ego credo quia saluet me dominus in baptismo per manum
tuam. Sic omnibus uulneribus uel morbo quod tenebatur mundatus
est. Hoc tamen audiens alexander ira plenus eo quod audisset militem
baptizatum. misit et fecit militem priuatum plumbatis affici.
Calistum uero episcopum per fenestram domus precipitari. et ligato ad col
lum eius saxo in puteum demergi. Post dies uero xvii. uenientes
presbiter eius asterius nomine cum clericis suis nocte ad puteum le
uauit corpus beati calisti episcopi. et sepeliuit in cymiterio calepo
dii uia aurelia. ii. idus octobris. Post dies uero vi. tenuit alexander
asterium presbiterum quem precepit per pontem precipitari. Cuius corpus
inuentum est in hostia. et a quibusdam christianis sepultum est in eadem
ciuitate xiiii. kalendas nouembris.

Eodem die passio sancte fortunate uirginis

GIT VR Sacratissime uirginis fortunate
cesarea. Palestine cespes patria fuit. inque
nobilibus orta natalibus dum adhuc pu
ellares etatis annos ageret. totum quod
hic mundus blanditur exhorruit. Cuius
mater infidelis admodum fratres uero christianissimi
et omni probitate uirtutum fuisse suffulti.
Despectis itaque beatissima uirgo his que
secundum carnem in mundo possunt delectari. relicto matris errore
ad baptisma conuolauit. Nec moras innectit quin sacre religi
onis habitum arriperet. seseque inlibate uirginitatis studio ad
perfectionis summam eueheret. uerum etiam effusione sui sanguinis
christo domino dedicauit. In breui enim tempora longa consummans
et ueluti gygas uirtutum semitas cito percurrens ad palmam
martyrii domino protegente sic peruenit.

Temporibus namque diocleciani et maximiani imperatorum
xviii. anno imperii diocleciani persecutio immanissima
per totum orbem christianos uexauit. Hec acclio crudeliter incanduisse
efferbuit. ut intra unum mensem xvii. milia martyrum pro christo interirent.
Unde factum est ut quidam impiissime crudelitatis tyrannus a
diocleciano cesare in ciuitatem directus esset cesaream. multos preses uidelicet urbanus
urbanus ut si quos ibi christiane fidei uiros ac mulieres inueniret.
aut ydolorum cultui sacrificia offerre compelleret uel diuersis neca
ret suppliciis. Tunc crudelissimus preses urbanus obtemperare
satagens funestis diocleciani tyranni preceptis. intra ciuita
tem cesaream multos pro nomine christi uinculis astrinxit. carceribus
diuersisque lacerationibus tormentorum affecit. Uno siquidem impe
tu xxx. et vii. christicolas apprehendens ergastulis mancipauit.
quos maxima sessione audire. publicaque conuentione gesta
bat. inter quos deuotissime uirginis fortunate tres pariter
erant uincti germani quorum primus dicebatur carponius. secundus
euagristus tercius priscianus. tanto durius afflicti quanto in de
fensione fidei plus aliis promptiores. quippe qui nec plagis neruorum
uinci nec scorpionum uerberibus superari. neque ullis diuersorum sup
pliciis tormentorum flecti ualuere. quin in confessione christi nominis
athlete uenerabiles inuicti atque immobiles perseuerarent.
Et ideo iussu impiissimi imperatoris diocletiani funestus ac
crudelissimus preses urbanus iussit eos trudi in tenebrosam atque
angustam ergastuli custodiam. ubi nec aliquid corporee lucis
uidere neque corpusculi membra in ulla ualerent parte inflectere.
ut quos uerbera et diuersorum genera tormentorum a fide christi nequiuerant
deflectere. saltem inedia. sitis. et insomnia ydolorum cultui manci
parent et offerendum libamina sacrilegarum compellerent hos
tiarum. Sed christi milites fidei lorica induti speique galea protecti.
scutoque spiritus armatura succincti. quocumque tormentorum usum est